

28 P R Æ F A T I O A D L E C T,  
ac totam deniq; conformationem. Vbi qui-  
dem, si quid repereris quo sanctos illos tu-  
os & arduos in concionando conatus ac par-  
tes adiutas esse intellexeris; id à te Christia-  
num officium unicum repeto, ut me meaq;  
studia Deo opt. max. ac filio eius Domino  
nostro Iesu Christo, piâ & deuotâ interces-  
sione iterum atq; iterum commendes. Hoc  
illud officium est, hæc gratia, qua ego maio-  
rem mihi nullam inter humana omnia re-  
ferri unquam potuisse existimabo. Det  
Deus Pater misericordiarum, ut ipsius  
mandatis obtemperantes, Filium foris in  
ministerio, & intus in corde reuerenter  
audiamus, quò simus dilecti in dilecto,  
Amen.

T Y P V S